



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 18.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Vitigitur Gundiochus rex Burgundionum ex genere Athanarici regis persecutoris. Huic fuerunt quatuor filij, Gundobad^o, Godeghyselus, Chilpericus, & Godemarus. Gundobadus Chilpericum fratrem suum interfecit gladio; Vxorem eius ligato ad collū lapide aquis immerfit: Duos filios eorum gladio trucidauit; duas filias exilio condemnauit; quarum senior nomine *o* Sedeleuba, mutata veste se Deo deuouit, iunior *p* Chrotildis uocabatur.

Caput 17.

n. al. Gothichifus. Greg. 2. c. 28. Godegifulus.

o. ap. Greg. Mucuruna. p. al. Crothchildis.

Orro Chlodoue^o legationem in Burgundiā sepius mittens, conquirentes Chrotildem. Et cum nō esset licitū eam videre, Chlodoueus Aurelianum quendam ex Romanis, ingenio quo posset ad Chrotildem uidentem direxit. At ille in singulis ad instar medici peram ad dorsum ferens, veste deformi ad illas perrexit partes, anulum Chlodouei, quo potius crederetur, secum portans. Cūq; ad *q* ianuam ciuitatis, ubi Chrotildis cum Germana Sedeleuba sedebat, uenisset, & illas hospitalitatem peregrinis exhibere audisset, eum cum causa mercedis suscepisset, & pedes eius Chrotildis lauaret, Aurelianus uerbo secreto inclinans ad eam dixit, Domina mi, grande uerbum tibi nunciaturus sum, si locum dare dignaris, ubi secretius suggeram. Illa annuens uerbo secreto audiens. Dixitque Aurelianus, Chlodoueus Rex Francorum me direxit. Si uoluntas Dei fuerit, te uult culminis tui sociare coniugio. Ut certa fias, hoc anulum tibi direxit. Quem illa accipiens gauisa est gaudio magno. Dixitq; ad eum, Accipe centum solidos pro laboris tui munere & anulum hoc meum; festinans reuertere ad Dominum tuum & dices, Si me uult in matrimonio sociare, protinus
per

Caput 18.

q. al. adiret ne uam ciuitatē.

r al. Aredicii.

per legatum à patruo meo Gundobado postuletur, legatque veniant, obtenta ad præsens firment, placitum sub celeritate instituant: nisi ad perficiendum festinent r Aredij cuiusdam sapientis de Constantinopoli aduentum vereor, cuius consilio, si prius venerit, hæc omnia dissipabuntur. Aurelianus eodem habitu, quo venerat, redit ad propria. Cum iam prope Aurelianense territorium nec procul à domo prope accesserat, quendam pauperem mendicum secum itineris socium habuit. Iam securus Aurelianus sopore depressus. Collega suus peram eius cū solidis furatus est. Cumq; à somno experfactus, expertus fuisset dolum, mærore plenus cursu veloci perrexit ad propria. Dirigēsq; pueros ad inquirendum mēdicum, qui perā eius portabat. Quem apprehensum Aureliano præsentant, eumq; fortiter triduo cæsum permisit ire mendicam. Protinus Aurelianus Chlodoueo regi per singula narrās successionem suggestiones nūciat. Quod cum Clodoueo petitio & consilium Crotehildis placuisset, legatos ad Gundobadum dirigit, petens, vt Chrodehildem neptem suam ei in coniugium sociādam traderet. Quod ille denegare metuens, & sperans amicitiam cum Chlodoueo inire, eam se daturum spondet, legato offerens solidum & denarium, vt mos erat Francorum, eam partibus Chlodouei desponsant; placitum ad præsens petentes, vt ipsam ad coniugium tradat Chlodoueo, Nulla stante mora initum phacitum. Caualonno nuptijs præparantur. Venientes cum celeritate Franci Chrotohilden à Gundobodo acceptum leuantes in Basternam cum multis thesauris ad Chlodoueam dirigunt. Chrotehildis eum iam comperisset aduentum Aredij reuertentis ab Imperatore, dixit ad seniores Francos, Si vultis me domino vestro præsentare, remouete me de Baster-

Aureliani Patricii meminit Greg. Tur. mirac. lib. 1. cap. 77. Vide Greg. 2. cap. 28. Almo in 1. cap. 13. 14. 15. Hin c mar. Baron. tom. 6. an. 494. 28.

Basterna, & super equum leuate, & quantum protinus poteritis, illis partibus accelerate; in hac basterna ad suam non possum venire præsentiam. Franci leuantes Chrothildem super equum festini ad Chlodoueu[m] pergunt.

GVMQ; Aredius à Massilia velocissimo cursu hæc *Caput 19.*
 audiens ad Gundobadum venisset, dixit ei Gundobadus, Audisti quòd amicitiam cum Francis iniuimus, neptemq; meam Chlodoueo tradidi vxorem? Respondens Aredius dixit, Nō est hoc amicitia cultus, sed initium discordia perpetua. Reminiscere debueras domine quòd genitorem Chrothildis germanum tuum Chilpericum gladio trucidasti, matrem eius lapide ad collum ligata necari iussisti, duos eiusdem germanos capite truncatos in puteum fecisti projicere: si præualuerit, iniuriam parentum vindicabit. Dirige protinus exercitum post eam, & reuertatur; facilius vnus feres iurgium, quam omnitempore tu & tui vexentur à Francis. Hæc audiens Gundobadus exercitum post tergum Chrothildem præsentandam dirigit, qui consequentes thesauros à Basterna cuncta retinent. Chrothildis vero cum appropinquasset Vilariano in qua Chlodoueus residebat in territorio Trecassino, adhuc antequam terminos Burgundia Chrothildis præteriret, rogans eos à quibus ducebatur, vt XII. leucas in vtrasque partes de Burgundia protererent & incenderent: quod cum permittente Chlodoueo fuisset impletum, dixit Chrothildis, Gratias tibi ago Deus omnipotens, quòd initium vindicta de genitoribus & fratribus meis video.

Tunc ad præsentiam Chlodouei perducitur, ipsamq; *Caput 20.*
 in matrimonium Chlodoueus accepit, quam cultu regali perfecto dilexit amore. Habebat iam tunc Chlodoueus filium de concubina nomine Theodoricum

Rrrr